



*Venerabili Fratri*

*AUGUSTINO CORTÉS SORIANO*

*Episcopo Sancti Felicis de Llobregat*

*episcopalis ordinationis argenteum celebranti iubilaeum, navitatem pro bono fidelium communitatum Ebusitanae et potissime Sancti Felicis de Llobregat exercitam apostolicamque sollicitudinem erga gregem probato opere ductum, memores etiam eius operis in sinu Conferentiae Episcopalis Hispanicae dedito corde expleti, gratulamur, ei qui pastorali diligentia persolvit munus suum et populum Dei verbo atque caritatis exemplo direxit Iesu Christi fidelitatem amoremque testans, optima quaeque ominamur, Benedictionem ipsi eiusque propinquis et peculiariter communitati ei commissae impertimur, preces pro Nostro Petrino ministerio pie poscentes.*

*Datum Romae, Laterani, die XXII mensis Martii, anno MMXXIII.*

*Franciscus*